

ALBERICI
GENTILIS

J. C. Professoris REGII,
REGALES

Disputationes tres:

id est,

De potestate REGIS absoluta.

De vnione REGNORVM Britannicę.

De vi ciuium in REGEM semper iniusta.

Nunc primum in lucem edita.



HANOVIAE
Apud Guilielmum Antonium,

M D C V.



Domino nostro Regi,
IACOB O REGI
MAGNÆ BRITANNIÆ,

FRANCIÆ, HIBERNIÆ, &c.

~~RECTORIS DEFENSORIS.~~

Principi

NOBILISS. POTENTISS. SAPIENTISS. FOR-
tiss. Opt.

PRO DEVOTIONE

ALBERICVS GENTILIS.



DE POTESTATE

REGIS ABSOLUTA,

Ad l. i. de const. princip.

DISPUTATIO I.



QVOD PRINCIPI PLACUIT, LEGIS HABET VIGOREM. VTPOTE CVM LEGE REGIA, QVÆ DE EIVS IMPERIO LATATA EST, POPVLVS EI ET IN EVM OMNES VVM IMPERIVM ET POTESTATEM CONFERAT, &c.]

Inquit lex, QVOD. scilicet vt lex esset, vt ad legem hanc notant Bartolus, ac Iason: & Accursius ad secundum titulum Institutionū. Ne similem argutiole Hotomani hic nos venemur: qui scribit, quod si ea, ^{a Hot. tit. 2. Inst.} quæ nobis cum brutis communia sunt, iuris naturalis nomine complectamur, ex definitione illius iuris, quod sit, omnia quod animalia docet natura, ius esset cibum capere, bibere, dormire, currere, & quæ sunt in eodem genere. ^{b Alb. 3. lect. 1.} Atque ego alibi his iocis respondi.

Inquit lex, PRINCIPI. & intelligit de Romano: vel propter excellentiam: vel, quia ciuitatis Romanæ iura in libris istis tractantur: vel, quia Romanus est,